



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. VIII. Qualis & quanta pœna peccato mortali debeatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

gitur cum mortali, fit irremissibile; culpa autem per accidens irremissibilis, per accidens penam aeternam de condigno meretur. Solitudo est D. Thomae loco in prima conclusione adducto.

- 117.** Objicies secundò contra secundam conclusionem. Unanimis Ecclesiae consensus tradit in inferno non tantum nullam esse redempcionem, sed nec etiam ullam penarum mitigationem: At si peccata venialia & mortalia dimissa in hac vita quoad culpam, non punientur in inferno pena aeterna, sed duntaxat temporali, daretur in damnis quendam penarum remissio & mitigatione, ut patet: nam quando pena illa temporalis esset soluta, non tantam penam quantam antea experirentur: Ergo talia peccata in inferno pena aeterna puniuntur. Minor est evidens, Major vero suadetur: tum quia damnati sunt in termino qui est proflus invariabilis; tum etiam quia diviti et uloni gutta aqua ad lingue sua refrigerium ab Abraham denegata est; ut per hoc designaretur, nullum refrigerium, nullamque penarum mitigationem esse in inferno. Quare Augustinus in Psal. 105 proponit hoc dubium, an penam damnatorum aliquando mitigetur? Et respondet non ita mitigari, quasi ea quam quisque semel subiit fiat mitior, aut totalliter, aut per intervalla, quandoquidem dives ille, qui guttam aqua petit, eam non obtinuit. Hinc Theologi inferunt, nedum improbabilem, sed etiam estoneam planè ac intolerabilem esse quorundam Antiquorum opinionem, qui existimant dæmones, & animas damnatas, in pervigilio Paschæ, quod olim Christiani precibus & sacrificiis traducere solebant, à tormentis quiescere. Nam sententiam Aurelius Prudentius in hymno de novo lumine Paschalibus sabbati, his verbis expressit,

Sunt & spiritibus sepe noctentibus
Penarum celebres sub syge feria:
Illâ nocte sacer quâ reddit Deus
Stagnis ad superos ex Acheroniticis,
Marcent suppliciis tartara miribus,
Exultatque sui careoris otio
Vmbrarum populus, liber ab igne,
Nec servent solito flumina sulphure.

- 118.** Respondet ex D. Thoma loco in secunda conclusione relato, quod licet pena inferni non remittatur aut minuatur quantum ad aliquid essentiali, quia pena essentialis damnatorum est invariabilis, sicut & gloria essentialis Beatorum, eo quod utrique sunt in termino; bene tamen quantum ad aliquid accidentale; nam sicut pena accidentalis damnatorum augetur, ita & potest diminui. Unde ad Augustinum dicendum est, vel ipsum locutum fuisse de pena essentiali damnatorum, vel non respxisse ad hunc casum particularem de peccatis venialibus aut mortalibus remissis in hac vita quantum ad culpam, quando dixit eam, quam quisque in inferno semel subiit penam, nunquam remitti, aut fieri potest, sed spectasse solùm communem legem & rationem peccatorum propter quæ damnati patiuntur, quæ sunt præcipue mortalia, & venialia, in vita non remissa quantum ad culpam.

- 119.** Objicies tertio contra eandem conclusionem. D. Thomas in 4. dist. 21. qu. 1. art. 2. quæstiunc. 3. ait: In illis qui damnantur non potest aliqua pena dimitti, neque aliquis reatus tolli, cùm careant charitate, per quam & culpa purgatur, &

A reatus tollitur: & idem culpa venialis in eis semper manebit, vel reatus eius, etiam si ante peccatum mortale dimissum fuerit quantum ad culpam, manente reatu; & propter hoc aeternaliter damnati de venialibus puniuntur. Quibus verbis S. Doctor apertere docet peccatum veniale, dimissum in hac vita quoad culpam, puniri in inferno pena aeterna.

Respondeo D. Thomam ibi quidem hanc sententiam ut probabilem tenuisse, sed postea distinctione sequenti qu. 1. art. 1. ad 5. rem accusatiū examinante, nostra sententia, ut veriori & probabiliori adhæsse, ut patet ex verbis quæ in secunda conclusione retulimus.

B

ARTICULUS III.

Qualis & quanta pena peccato mortali debatur?

Dico primò: Unicuique peccato mortali duplex pena debetur, scilicet damni & sensus.

Explicatur conclusio, & quid nomine pena 120, damni & sensus intelligi debeat, breviter declaratur. Per penam damni intelligitur amissio bonorum, qua hominibus ex divina promissione debentur, inter quæ potissimum est ultima beatitudo, in clara Dei visione consistens, quæ est nobilissima hereditas, & patrimonium filiorum Dei, ad quod adoptantur per gratiam: unde amissio hujus divinæ visionis, quæ per an-tonomiam pena damni dicitur est. Penna autem sensus vocatur, qua inferendo aliiquid convenientis & nocivum, sive anima, sive corpori, torquet & affligit. Quia enim documenta afflictiva potissimum sensibus percipiuntur, inde tota haec pena, sive ad corpus, sive ad animam spectet, pena sensus appellari solet. Hoc præmissio.

Posset probari conclusio ex multis Scriptura 121, testimoniosis. Sed sufficiat sententia extrema à Christo his verbis in die judicii pronuncianda:

Discidite maledicti in ignem aeternum &c. nam particula hæc, discidite, exprimit penam damni seu separationis à Deo: hæc vero, in ignem, declarat penam sensus, causandam præcipue ex igne inferorum, agente in corpora, & in spiritus reprobos; denique ultima particula, aeternum, perpetuam utriusque penæ durationem designat.

Eandem verisatem ratione congruā suadere 122, nititur S. Doctor hic art. 4. Penna (inquit) debet culpæ commensurati: At in peccato lethali duo sunt, nempe aversio à Deo summo & incommutabili bono, & conversio ad bonum creature commutabile, ut ex illo Jeremias aperre innuit: Duo mala fecit populus meus, dereliquerunt me fontem vivum, & foderunt sibi cisternas dissipatas: Ergo ut sit proportio inter pennam & culpam, duplex debet illi pena à Deo infligi, nempe pena damni, quæ aversioni respondeat, & pena sensus, quæ conversioni inordinatae compensatur. Unde Isaia 14. dicitur: Suscepit impius de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. Et Apocal. 18. Duplicitate illi duplicita secundum opera ejus.

Dices: Juxta doctrinam ejusdem D. Thome, 123, peccato ea ratione deberunt pena sensus, quia est voluntarium per propriam voluntatem; id est.

ideoque pueri decedentes cum solo originali puniuntur solum pœnae damni, ut disputatione præcedenti ostendit est: At in peccato mortali actuali non solum at conversio voluntaria per propriam voluntatem, sed etiam avertio: Ergo pœna sensus non solum conversioni, sed etiam aversioni debetur. Item conversionis in peccato mortali reperta, non utcumq; conversio est, sed conversio avertiva à Deo; cum secum trahat aversionem formalem: Ergo non sola avertio, sed etiam conversio debet puniri perpetua separatio à Deo, in qua pœnae damni consistit.

Propter hæc argumenta cum pluribus Thomas missis existimo, D. Thomam distribuisse predicationes pœnas prædictis malitiis, solum per quan-

dam analogiam & accommodationem: nam B quia conversio est inordinata adhæsio voluntatis ad bona creata, tribuitur illi pœna sensus, quæ infligitur mediis creaturis: avertioni vero tribuitur pœna damni, quia utraque constituit in recessu & separacione à Deo; cum tamen revera unicuique ex illis malitiis utraque hæc pœna simul corresponeat. Sicut in Divinis Potentia tribuitur Patri, Sapientia Filio, & Amor Spiritu Sancto, quævis hæc attributa his tribus Personis communia sint.

Dico secundò, utramque ex his pœnis esse simpliciter finitam, quamvis pœnae damni possit dici infinita secundum quid.

Pro intelligentia & probatione hujus conclusionis sciendum est, duplice posse aliquid dici infinitum: vel intrinsecè & formaliter, & hoc est infinitum simpliciter, quia in seipso habet intensiōnem & magnitudinem infinitam, sicut habent perfectiones divinae, & valor operum Christi Domini: vel extrinsecè & terminativè, eo quod licet in se finitum sit, recipiat tamē objectum vel terminum infinitum: sicut aetus charitatis, & visio beatifica, quæ licet sint actus finita intensiōnis, habent tamen pro objecto infinitam Dei perfectionem & bonitatem. Hoc præmisso,

D Probat conclusio quoad utramque partem: Et primò de pœna damni, quæ importat duo, nempe privationem beatitudinis, quæ est clara Dei visio, & tristitia de ejus amissione ex tali privatione consequentem, quæ tristitia, ut infra patebit, reduxit ad pœnam damni pœnitentie: quamvis autem utraque sit infinita secundum quid; eo quid prior prius nos Deo, qui est bonum infinitum, & posterior sit de bono infinito amissio; simpliciter tamen utraque est finita, quia illa non privat nos Deo ut est in seipso, sed ut est participabilis à creatura per visionem finitam; ista vero non est de ammissione Dei ut est in se, sed de ammissione participationis finitae: præterquam quod sicut nulla creatura potest elicere actum infinitum intensum, ita necesse est capax infinita tristitia.

E Quod vero pœna sensus sit intensivè finita, facilius suaderi potest: Tum quia nulla qualitas, aut res alia quæ possit habere rationem pœnae, capax est augmentari ad intensiōnem infinitam, ut communiter docent Philosophi in 3. physicom: Tum etiam quia pœna sensus in damnatis inæqualis est, juxta diversa ipsorum dexteritatem: quod autem est infinitum simpliciter, non suscipit maius aut minus.

E Confirmatur conclusio quoad utramq; partem: Debet esse proporcio inter quantitatem pœnae & quantitatem malitiae: Sed hæc simili-

A citer est limitata & finita: Ego & illa. Minor probatur: Duplex, ut supra annotavimus, in peccato mortali malitia reperitur, una privativa, quæ importat aversionem à Deo, & ab ejus legi; alia positiva, quæ dicit conversionem ad bonum commutabilem: Sed utraque est finita & limitata: Ergo &c. Major pater ex supra dictis, Minor vero suadet: Tum quia utraque est in subjecto finito, scilicet in actu humano, vel in voluntate; quicquid autem in subjecto finito recipitur, limitatur & finitur per ipsum subjectum: Tum etiam quia utraque habet terminum & specificativum finitum; nam conversionis specificatur à bono commutabili sicut à proprio obiecto, quod apud omnes est aliquid finitum; aversione vero prout à conversione distinguitur, dicit privationem rectitudinis & perfectionis debitæ inesse actu, vel voluntati, ut per eam in Deum sicut in finem convertatur; unde ejus terminus & mensura est ipsa conversione quæ privat, seu perfectio per quam debet fieri talis conversionis, quam perfectionem & conversionem constat esse simpliciter finitam.

Dices: In peccato mortali præter conversionem datur alia ratio mali, nimirum ratio divinae offensæ, quæ est infinita gravitatis, cum sit contra personam infinita dignitatis & magnitudinis; & id est solus Christus, cuius opera fuerunt **C** valoris infiniti, potuit ad æqualitatem pro illa satisfacere, ut docet D. Thomas 3. p. qu. 1. art. 2. Ergo si debeat esse proporcio inter malitiam peccati, & pœnam ipsi debitam, peccato mortali debetur pœna intrinsecè infinita.

Respondent aliqui concedendo totum: Existimant enim peccatum mortale, quantum est ex se, prometeri pœnam intensivè infinitam, licet de facto tali pœna non puniatur, quia non est possibilis, vel saltem homo non est capax illius; ideoque ex Dei ordinatione commutata est in pœnam æternam, ut infinitas durationis æquiveat intentioni infinitæ. Videtur que hæc solutio desum ex D. Thoma opuscul. 2. cap. 183. & in 4. dist. 46. qu. 1. art. 3. in corp. ubi ad probandum deberi peccato mortali pœnam æternam, sic discutit sub finem: Potest & alia ratio assignari quare pœna peccati mortali sit æterna, quia per illud circa Deum qui est infinitus peccatur; unde cum non possit esse pœna infinita per intensiōnem, quia creatura non est capax alieius qualitatis infinitæ, requiritur quod sit saltem duratione infinita. Hæc solutio probabilitate non caret, nec per eam derogatur doctrina D. Thomæ hisc art. 4. statuentis peccato mortali deberi pœnam solum infinitam secundum quid: loquitur enim de peccato ut est malum morale, non vero in quantum est offensa Dei; vel de pœna quam peccatum in actu secundo metetur, seu quæ de facto illi ex divina lege correspondet; non vero de illa ad quam ex vi sua gravitatis habet proportionem, & quæ si esset possibilis, justè illi applicari posset.

Respondent secundò Salmanticensis h̄c disp. 17. dubio 4. §. 2. concessio Antecedente, negando Consequentiam: Peccatum enim mortale (inquietum) duplice considerari potest, vel quantum ad rationem malitiae moralis, vel quantum ad rationem offensæ: sub prima ratione correspondent illi pœna, quæ ordinatur contra turpitudinem & deordinationem malitiae; secundo autem modo non respondet illi pœna, sed satisfactio & restitutio, ut docet D. Thomas Non 3. loco

locoultimò citato in solut. ad 6. ubi ait, quod **A** pœna propriè loquendo responderet culpe secundum in ordinationem (id est malitiam) quæ in ipsa inveniatur, non vero secundum dignitatem ejus in quem peccatur, ac preinde neque secundum gravitatem offendæ, quæ attenditur secundum talen dignitatem. Unde quamvis peccatum in ratione offendæ sit infinitum simpliciter, ex hoc non habetur quod ipsi debeatur pœna infinitè intensa, sed solum quod satistatio exhibenda pro eo, ut sit condigna & æqualis, debet esse infiniti valoris, subindeque quod solus Christus potuit ad æqualitatem pro illo satisfacere.

32 Advertendum tamen est, quod licet offensæ per se solum corresponeat satisfactio, tamen interdum per accidens contingit ei satisficeri per pœnam: vel quia sapissime accidit quod eadem res sit penalæ & satisfactoria; vel quia offendens B putat sufficiens sibi satisfactum iri, si quod ipse passus est videat sustinere offendentem; vel denique quia debitore non valente alio modo satisfacere, expostulat offendens pœnam loco satisfactionis.

33 Quæres primò: Ad quam pœnam pertineat dolor ille, quem damnati ob amissam beatitudinem patiuntur, an ad pœnam sensus, vel ad pœnam damni?

Respondeo cum Salmanticensibus disp. 18. dubio 1. hujusmodi dolorem propriè & per se neque esse pœnam damni, neque pœnam sensus, reducere tamen ad pœnam damni pertinere.

Probatur breviter: Dolor supponit pœnam, dolet enim quis de malo, seu de pœna quam patitur, & ideo dolet quia illam patitur, non vero ideo patitur quia dolet: Ergo non ipse, sed malum ex quo refluit, habet ratio nem pœna, dolor autem est velut accidens consequens ad pœnam, sicut ad beatitudinem consequitur gaudium. Sicut tamen gaudium, quæamvis non sit ipsa beatitudo, ad eam reducitur: ita & dolor, licet non sit pœna, reducitur ad illam pœnam ex qua consurgit: unde cum dolor, quem damnati ob amissam beatitudinem patiuntur, non resulet ex aliquo nocivo pertinente ad pœnam sensus, sed ex carentia beatifica visionis, ad pœnam damni, non vero ad pœnam sensus debet D reduci.

Quæres secundò: Quænam ex his duabus pœnis sit gravior?

Respondeo pœnam damni multò graviorem esse pœnam sensus: Tum quia illa est quasi essentialis, & ex adverso opponitur visioni beatifica, quæ primum locum tenet in ipso beatitudinis statu; ista vero quasi accidentalis, & beatitudini accidentali opposita: Tum etiam quia pœna damni responderet aversioni à Deo, quæ graviorem habet malitiam, subindeque majorem meretur pœnam, quam conversio ad creaturam, quam pœna sensus consequitur. Unde Chrysostomus homil. 47. ad populum Antioch. sic ait: *Multi hominum gehennam tantum formidant, ego autem illius glorie amisionem gehennam multò majorem esse dico: si vero sermone probari non potest, nihil mirandum; nec enim illorum novimus bonorum beatitudinem, ut miseriam ex eorum privatione manifeste sciamus.*

135 Quæres tertio: An in omnibus damnatis pœna damni æqualis sit?

Respondeo negativè, quicquid in contrarium dicant Vazquez hic disp. 100. cap. 5. Granado, Salas, Azorius, & alii ex recentioribus. Ratio

A est, quia inæqualitas supplicii pro peccatis in qualibus non debet solum attendi secundum pœnam quasi accidentalem, & secundariam, sed etiam secundum præcipuam & essentialiam: Aut inæqualitas peccati præcipue attendi secundum malitiam sibi essentialiem, & inæqualitas præmii secundum essentialiem beatitudinem, quæ est visio beatifica: Sed facta collatione inter pœnam damni & pœnam sensus, illa est præcipua & essentialis, hæc vero quasi accidentia & secundaria, ut supra dicebamus: Ergo etiam in illa, & non tantum in ista debet continui inæqualitas.

Confirmatur primò: Ita se habet pœna damni in ratione supplicii ad condemnatos, sicut visio beatifica in ratione præmii ad beatos: At hac non est æqualis, sed major & minor, juxta diversitatem moritorum, ut omnes fatentur: Ergo neque illa debet esse æqualis, sed major vel minor secundum inæqualitatem peccatorum.

Confirmatur secundò: Unus damnatus magis tristatur de visione Dei quam alter: Ergo cum non sit deceptio quantum ad hoc, oportet quod illa carentia sit majus malum in unico quam in altero.

Confirmatur tertio: Si supponamus duos adulitos, in quorum uno fuerit remissum peccatum originale, & non in alio, decedere cum unicó peccato mortali omnino æquali quantum ad speciem & circumstantias, posterior habens originale & mortale, gravius punitur quam habens tantum mortale, quis hoc neget? Sed non gravius punitur pœna sensus, quia hæc non debetur peccato originali, ut disputatione prædicti ostensum est: Ergo pœna damni.

Dices: Privatio totalis & in facto esse non suscipitur magis & minus, ut docet S. Thomas supra qu. 73. art. 1. & qu. 2. de malo art. 9. Sed pœna damni est privatio totalis & in facto esse; cum nihil relinquat de forma opposita, scilicet de visione beatifica, sed eam totam auferat: Ergo non potest suscipere magis & minus, nec per consequens esse inæqualis in damnatis,

Respondeo distinguendo Majorem: Privatio totalis & in facto esse non suscipit magis & minus, extensivè, concedo: intensivè, nego: & concessa Minoris, distinguo Consequens distinctione Majoris.

Explicatur solutio: Sicut forma positiva, v.g. scientia, non solum crevit & perficitur per hoc quod extendatur ad plures conclusiones, sed etiam per hoc quod circa eandem conclusionem firmius hæreat subiecto, & radicetur magis in illo; diciturque hoc augmentum intensivum, illud vero extensivum: ita possumus intelligere aliquam privationem dupliciter crescere in propria ratione privationis & carentia; vel quasi extensivè, quia plus forma auferit; vel quasi intensivè, quia auferendo eandem formam, magis quasi radicatur & firmatur in subiecto, securius. Que illud possidet. Ut ergo pœna damnata ratione privationis visionis beatifica dicatur intensivè major in uno damnato quam in alio, non requiritur quod plus in uno auferat de visione beatifica quam in altero; sed sufficit quod ex connotatione plurimi, vel graviorum peccatorum, magis subiecto adhæreat, & magis in eo firmetur & veluti radicetur; seu quod per plura aut graviora peccata sint in uno plura vel majora impedimenta ad videndum Deum, quam in alio, & major elongatio seu distantia à beatifica visione. Sicut


DE PECCATO MORTALI ET VENIALI.

471

Sicut licet quælibet cœcitas sit privatio visus in A factō esse major tamen & peior censetur ea, qua magis illi impedimentum apponit, & ideo (verba sunt D. Thoma in 2. dist. 42. qu. 2. art. 5.) magis cœcitas dicitur cui ex toto eritus est oculus, quam qui ex aliquo humore ad pupillam concurrente visum amittit, quamvis uterque cœcus sit.

140 Dices rursus: Idem S. Doctor 3. p. qu. 71. art. 3. ad 1. exp̄sē dicit carentiam visionis divinæ non sūcipere magis aut minus: Ergo censet pœnam damni esse aqualem in damnatis.

Respondeo D. Thomam ibi loqui de carentia visionis beatificæ, prout reperitur in pueris cum solo originali decedentibus: in his autem ex nullo capite ponimus iniquitatem in pœna damni, quia respectu omnium habet causam aqualem, scilicet Adami peccatum.



DISPUTATIO IX.

De peccato mortali & veniali.

Ad questionem 88. & 89.

PO不可 QUAM D. Thomas essentiam, species, subjectum, causas & effectus peccati inventigavit, tractatum hunc completeretur, considerat differentias alias accidentales illius, sicut rationes mortalis & venialis, seu, ut ita loquar, venialitatem, & mortalitatem: & primò comparat inter se peccatum mortale & veniale; postea de veniali secundum se confidato disserit. Nos autem in hac disputatione præcipuas difficultates, qua circa utriusque hoc genus peccati in scholis agitari solent, breviter discutiemus & refolvemus.

ARTICULUS I.

An veniale peccatum natura sua distinguatur à mortali, & que sint verae ac præcipue unius ab altero differentiae?

§. I.

Pramittuntur que ferè apud omnes sunt certa, & referuntur sententia.

SUPPONOPRIMÒ, ut de fide certum, non omnia peccata, que ab hominibus committuntur, esse mortalia, id est mortem animæ, & pœnam æternæ reatum inferentia, sed aliqua dari levia, que nulli æternam pœnam, seu mortem animæ inferunt, & que solent venialia dici; subindeque peccatum rectè dividi à Theologis in mortale & veniale.

Hæc suppositio in primis probari potest ex variis Scripturæ locis, præfertim ex illo Proverb. 27. Sepries cadet iustus, & resurgent: nisi autem corrueat in malum. Quod licet D. Augustinus 11. de civit. cap. 31. non de iniquitatibus, sed de tribulationibus intelligat, tamen D. Hieronymus, vel Authorum Commentariorum, ibi scholæ habet: Quomodo autem iustus appellatur, qui cadere, id est peccare, memoratur, nisi quia de leibus, quotidiansque loquitur peccatis?

Secundò suaderi potest extraditione, & fide Ecclesiæ à primis sæculis; cuius fidei testimonia habentur primò in Concilio Millevitano, cui interfuit Augustinus, ubi definitur canon. 7. Sanctorum in hac vita non tantum humilietur, sed etiam veraciter dicere: dimite nobis debita nostra, id est peccata nostra. Quibus verbis Sacra Synodus aperte proficitur, quædam esse peccata, quæ qui commitunt non desinunt esse Sancti, & quæ per consequens charitatem & gratiam sanctificantem non auferunt; subindeque non sunt mortalia, ne mortem animæ inferentia, sed duntaxat venialia. Idem expressius habetur in Concilio Africano, in cuius epistola, (que est 95. inter Epistolas D. Augustini) assertur in fine, multos esse fideles, qui post suam conversionem ad Deum vivunt toto tempore vita sine querela, hoc est (inquit Concilium) sine criminis, neque tamen sunt sine quotidianis, & levibus offenditionibus. Ubi Concilium expressè distinguit peccata mortalia à venialibus. Denique Tridentinum self. 6. cap. 11. hanc veritatem adhuc expressius definivit his verbis. Licet in hac mortali vita grantuorū santi & iusti in levia saltem & quotidiana, que etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propriae desinunt esse iusti: nam iustorum illa vox est & humili & verax, Dimitte nobis debita nostra &c.

C - Tertiò probant ex SS. Patribus: Augustinus enim libro quinquaginta Homiliarum, 50. de quibusdam peccatis levibus quæ à iustis committuntur, sic ait: Quamvis singula non letalī vulneri ferire sentiantur, tamen omnia simul congregata velut scabies nostrum decus ita exterrinant, ut ab illius fons speciosi formâ pro filiis hominum castissimus amplexibus separante, nisi medicamento quotidiano penitentie defecentur. Quod si falsum est, unde quotidianissima pectora? Quod nos quoque Antiphites ad altare assistentes cum omnibus facimus. Vide etiam orantes dicimus quod in tota vita nostra oportet ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra &c. Non enim ea dimitti precamur que in baptismo dimissa sunt, & nisi dimissa credimus, de ipsa fide dubitamus; sed utique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia elemosynarum, jejuniorum, & ipsarum orationum, ac supplicationum, quæque pro suis viribus offerre non cessat. Huc etiam spectat quod Bernardus ad illa verba Cantic. 1. Pulchra sunt genæ tua sicut turritis, scribit: Intendere in aliud quam in Deum (inquit) non Marie etiam, sed Marthe nego- Serm. tum est: Abiit autem ut qua ejusmodi est, quid 40. quam illam dixerim habere difforme, nec tamen ad super Cant. perfectum affirmaverim pervenisse decoris; quippe que adhuc solicita est & turbatur erga plurima, & non potest terrenorum actuum vel tenui pulvere non resurgi, quem tam cito facileque deterget, vel in hora sancte dormitionis casta intentio, & bona conscientia interrogatio in Deum. Quibus consonans verba illa Leonis Papæ, que lapta retulimus: Serm. Dum per varias actiones vita bujus sollicitudo dispendi- 4. tur, neceesse est de mundano pulvere etiam religiosa cor- Qua- drag. da sordescere.

Suppono secundò ex D. Thoma hic art. 2. in corp. & qu. 7. de malo art. 1. peccatum multipliciter dici veniale. Primo ab eventu, quia veniam est consecutum; & in hoc sensu quodlibet peccatum, quamvis gravissimum, potest dici veniale respectu divinæ misericordia. Hoc modo veniale usurpavit Ambrosius citatus à D. Thoma, dum